



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniuersi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

7 de Diuisione tutelæ, formulisq[ue] tutorum in vniuersum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

7 Ideo etiam quibus tributorum exactio commissa a principe, l. exactors tributorum 10. C. de excus. tut. vel aliarum rerum administratio, ea durante excusantur, l. Geometra, & maiores frumentaria 2. eo in P. §. item D. Marcus. eo. ap. Iustin. Hermogenianus, in l. administrantes 44. eod. in P. l. lursperitos 33. eod. §. 8. & qui. de excus. tut. ap. Iustin. quales qui praedatū gerebant Asia, Bithynia, Cappadocia, & aliarum prouinciarum, l. athletea 8. §. 1. eod. patrimonialis colonus. l. si. qui dar. tut. poss. lib. 5. C. tit. 34. excepto conductore, l. coloni 8. de excus. tut. C. l. spadonem 17. §. qui uel ligata, eod. in P. Item excusantur ob dignitatem administrato iam silentiarii principis. l. si. C. eod. d. l. si. de silentia lib. 12. C. magistratus ciuitatum. l. athletea 6. §. remittuntur, de excus. tuto in P. excepto Aedili, l. non tantum 20. §. is qui adiliate, eod. in P. & qui occupati sunt aliis rebus publicis, quales grammatici, sophistae, oratores, philosophi, qui publice iuuenib. profunt, & medici, l. si duas 6. §. Grammatici, & seq. §. §. l. sed & reprobari. l. 7. in princ. §. eod. doctores legum, non quidem qui in aliquo praesulatu docent, sed si Romae, d. l. sed & reprobari, §. fin. vel in alia regia academia profiteantur publice, §. haec autem in proem. Pan. iuris. ¶ Administratio quoque liberorum priorum legitimum, quae plena curis est, & sollicitudinibus, ut aequum non sit patrem ab illa naturali distrahī, ut extraneis, suis relictis, opem impendat, arg. l. praeses prouincia, de seruis. C. l. si. de cura. iur. C. si modo tot sint, qui totum eum desiderent. Unde numerus definitus est liberorum ad excusationem sufficiens, in quorum recipiuntur seriem nepotes, neptese ex filiis masculis, l. 2. §. remittit, & seq. de excus. tut. §. 1. & seq. eod. ap. Iustin. Et qui in bello ceciderat pro republ. d. §. 1. eod. l. bello amisti, 21. eod. in P. Romae sufficienter, tribus, in Italia quatuor, in aliis prouinciis quinque, l. vnic. de ris, qui num. liber. se excus. lib. 5. C. tit. 66. Item qui patroni senatoris negotia gerit, a tutela decietur patrum excusatur, l. libertus 17. §. liberti, ad municip. lib. 50. P. tit. 1. ¶ Ex capite quoque personarum reici possunt tutela vel cura: ueluti ne is qui tutor fuit, curā eiusdem cogatur subire, §. qui tutelam, de excus. tut. l. curatur. C. eod. Si humilis sit persona, & analphabetus simul, nam utrumque requiritur, nec alterum sufficeret, l. athletea, §. pen. & fin. eo. P. §. similiter eos, eo. ap. Iustin. Inimicitiarum etiam praecedentium capitalium sine reconciliatione cum patre pupillio allegatio excusationem habet, d. l. athletea, §. dat remissionem, §. item si propter, eod. ap. Iustin. Vt si obiciatur ualeat aduerfa administrationi postulare, §. item propter aduerfam, eod. l. item Vp. & l. non solum, §. fin. & in seq. eo. Si filia futura sit cum pupillo, vel exstat de uniuersitate bonorum, puta quia se heredem arbitrat, vel alio modo dominum: Etenim de re singulari vel parte bonorum, his non esset legitima excusatio, l. si pupillum, & l. propter liem, eod. in P. §. item propter liem, eod. ap. Iustin. l. si ut allegas, C. eod. Et proinde communio rerum, vel de ea controuersia, cum per curatorem pupillo ad communia tutanda datum expediri possit, non est iusta excusatio, l. quod res, C. eod. Aetas quoque, quae ad negotia tractanda pupillorum idonea non est, excusat a tutela munere, ueluti minor 25. annorum, qui enim se tueri non possunt, aliorum tutelam subire non debent, & ita iure repelluntur a tutela, §. minores, de excus. tuto. ap. Iustin. l. fin. de legi. hered. C. l. non solum 12. §. si libertus, eo. in P. facit proratione, c. in decoris, de aca. & qualis. ¶ Maior etiam 70. annorum a tutela & cura se potest excusare, §. item maior, de excus. tuto. ap. Iustin. l. 2. eod. in P. l. uni, qui atar. se. excus. l. 5. C. tit. 67. l. 3. de iur. imminut. in P. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, 80. anni, amplius eorum labor & dolor, l. sal. 89. Solon humanae uitae terminum etiam 70. annos esse ait, Diog. Laert. in 1. in Solone. ¶ Qui neque cuius, neque incolae eius loci est, in quo tutor datur, recte detestatur administrationem, l. idem Vp. l. 14. §. si de excus. tut. in P. Cal. list. in d. l. non tantum 17. §. liensib. eod. tit. Vp. in l. illud usi atissimum 22. l. propter liem 24. §. licet datus, l. fin. eod. tit. l. 2. & 11. C. eod. Item quis non cogitur suscipere tutelam vel patrocinium contra fratres vel filios, l. humanitatis 13. C. de excus. tut. Et nauicularii excusantur a tutela extraneorum, non eorum qui sunt de eo, eo. eod. seu de collegio, l. pen. C. eod. tit. Et qui ingredi ciuitatem nequeunt, ut ignominia missi ab urbis excusantur, tutelam, l. sed 12. l. propter liem 10. §. scribit autem, eod. in P. ¶ Quae interueniunt quoque in excusatione proponenda, & praefrendenda: Considera: primum, ut ea ante administrationem vel confirmationem tutoriam edatur, nam si postea proponatur, sero fit, nec proficit, l. scire oportet, §. qui non iuste, cum similib. ibi per gloss. not. de excus. tut. in P. l. si nemo, §. si. de testa. tut. in P. Sed & tempus iure definitum est, in-

tra quod qui sciuit se tutorem datum, excusationem debet obicere; neque 50. dierum, si in ciuitate, vel intra 100. a ciuitate lapidem sit, d. l. scire oportet, §. multa. Qui autem supra centum miliaria a ciuitate abest, viginti miliaria habebit ultra numerata in unquamque diem, a qua cognouerit: oportet enim manifestari ei praedibus, vel in faciem, vel in domum: & extra hos, alios triginta dies habebit ad excusationem, d. l. scire, §. qui autem, & §. seq. & §. consequens. Peragi autem debet negotium a die nominationis intra quatuor menses, l. quinquaginta dierum, eod. tit. in P. l. quinquaginta, eod. C. ¶ Subinde animaduertendum, is qui tutelam recusat, patri pupillorum uiuenti promiserit tutelam se subiturum: tunc enim reiecta excusatione cogitur subire eam, l. spadonem, §. qui patri, de excus. tut. in P. §. item si propter, eod. ap. Iustin. Id ipsum; statuum, si dationi testamentariae se subscripserit, Papi in l. ex sententia 29. de testam. tut. lib. 26. P. tit. 2. l. uxori, §. qui se filio, ad l. Cor. de fals. vel legatum relictum accipiente tutela causa agnouerit, l. post legatum, §. amittere, de is quib. ut indig. in P. quod non potest iure consequi, nisi post acceptam tutelam, l. qui tutelam 20. de testam. tut. l. Non enim, de excus. tut. cum dist. ibi ad uel. ¶ Porro si uilitas legitima & iusta excusationis erit, ut excusatus a periculo tutelae se eximat, l. si tut. C. eo. tit.

De Diuisione tutelae, formulisque tutorum in uniuersum. Cap. 7.

- 1 Continuatio & epitome dicendorum.
- 2 Tutelam datiuam, & permissam diuisa.
- 3 Permissa testamentaria, datiuam legitimam, & a magistratib. data.
- 4 Mixta a testatore & magistratu confirmata.
- 5 Unde & tutores aliquando honorarii & notitia causa dati.

Exhibita imagine generalitutelae & substantia, cum partibus eius rerum & personarum, diuisionem explico, in qua quemadmodum, & a quibus, & typum, secundum quem tutorem dari & confirmari possunt, exhibebimus, & quibus dari possunt: unde & quae affinia curae, & dissidentia sunt, & conuenientia annotare licebit. ¶ Igitur tutela uel permissa, uel datiuam dicitur, ut ex finitionis uerbis tutelae, l. 1. de tut. in P. §. 1. eo. ap. Iustin. ibi, in re ciuili data, uel permissa, liquet. Permissa testamentaria alio modo dicitur: quia iure ciuili permissum est parentibus, tutores filiiis suis dare, §. permissum, eod. l. 1. de test. tut. in P. Datiuam iuris ciuili duplex, uel quae defertur a lege immediata, nullo alterius personae adhibito ministerio & legis solius auctoritate, ideo legitima, l. legitima, de part. in P. alia datiuam, delata per leges ministerio magistratum. ¶ Mixta inde quae a tutore, uel a iudice dari potest, dicitur. Ex his honoraria alia, a qua tutores quoque testamentarii, legitimi datiuam, uel datiuam, & honorarii dicitur: quibus & addi possunt, qui propter rerum notitiam dantur.

De Testamentaria tutela, & eius confirmatione; & de tutoribus testamentariis & confirmatis. Cap. 8.

De test. tut. lib. 26. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 26. Instit. tit. 13. & 14. De confirmando tut. lib. 26. P. tit. 3. Lib. 5. C. tit. 29.

- 1 Potestas dandi testamento tutores a patria potestate, & 3.
- 2 Tutor dari non potest certa rei, nec testamento, uel codicillis inualidis.
- 3 Curator testamento dari non potest, tutor potest.
- 4 Tutor testamento non datur ab alio, quam a patre: uerum datus, a iudice confirmatur.
- 5 Qui testamento tutores dari possunt.
- 6 Tutores testamentarii quando confirmantur.
- 7 Curator a patre testamento datus, confirmatur.
- 8 Officium iudicis quale in confirmando tutore.
- 9 Tutores & curatores a patre dati, in confirmatione non satisfaciunt, alii satisfaciunt.
- 10 Idem 11. & quid si a matre dentur.
- 11 Tutor filio matre uiuente, ea inuita dari non debet.

¶ Via Romani patriam quae potestatem, ut propriam, sibi arrogant, §. 1. de patria potest. eodem iure ciuili & potestatem tutorum dandi filiis post mortem concessam habent, ex capite legis 1. 2. tab. ut, Vt quisque legasset super familia tutelaue sua, ita ius esset, l. 1. & l. tut. incertus de testam. tut. l. uerbis 120. de uerb. sig. Neque datio testamentaria ualeat, nisi secundum ius dentur tutores, l. 3. de testa. tut. in P. ¶ Itaque in hac seque oportet, quae pro re, confiderandum docent, ne certae rei, uel causa tutor detur, §. ad certum, qui testa. tut. dar. poss. lib. 1. Instit. tit. 14. l. certarum 12. cum l. seq.

